



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117778**

§. 27. Edictum pro Religione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66022)

Sæculum IV.  
A. C. 321.

§. XXVII.

*Edictum pro Religione.*

*L. 3. Cod. de fer.*

*Euf. IV. vit. c. 18. Sozom. ibid. I. c. 7. Sup. l. VI.*

*§. 17. l. I. Cod. de Sac. Eccles. L. un. Cod. Theod. de infirm. pæn. cæl. l. 8.*

*Euf. IV. vit. c. 26.*

*Sozom. I. hist. c. 9.*

Interim Imperator Constantinus constantanter Religionem protegebat. Sexto Martii ejusdem anni 321. Diem solis, id est, Dominicam celebrari jussit, atque in urbibus tribunalia a litibus, & populorum a labore quiescere; quem tamen in agris permisit, ne tempus huic culturæ aptissimum sæpe frustra elaberetur. Jussit quoque observari diem veneris in passionis Domini nostri memoriam, his enim ut plurimum diebus convenire Christiani solebant. (\*) Prima die Julii ejusdem anni lex emanavit, ut cuique liberum esset, quæ vellet, Ecclesiæ Catholicæ de bonis suis relinquere; nempe, quod prius lege prohibebatur, permisit. Leges insuper Romanorum antiquas abrogavit, in cœlibatu viventibus, pœnam imponentes, & prolem legitimam non habentibus, qui donationis inter vivos, aut legati incapaces erant; & hoc quidem juste, quia plerisque Ethnicorum cœlibatum eligendi non alia erat causa, quam ut in omnem vitæ licentiam impune solverentur. Merito igitur hæc leges

(\*) Hic dicitur, æque antiquum esse, ac proprium, diebus veneris memoriam Passionis Domini nostri Jesu Christi recolere.

ges in favorem Christianorum mutatae, Sæculum IV. A. C 321.  
 quorum continentia nulla pœna, sed po-  
 tius præmio digna erat. Alia lege Con-  
 stantinus supplicium crucis abolet, antea  
 apud Romanos usitatum. Rursus alia  
 lege partibus litigantibus jurisdictionem  
 Magistratum Sæcularium declinare per-  
 mittit, & Episcoporum sequi iudicium; Ibid. c. 8.9.  
 sententiæ eorum talem auctoritatem at-  
 tribuit, ac si a se ipso lata fuisset, Magi-  
 stratibus, & eorum Ministris injungens,  
 ut eas executioni darent. Ita Episcopo-  
 rum arbitrio, quod jam antea inter Chri-  
 stianos maximi ponderis erat, auctorita-  
 tem a lege civili conciliavit. Const. Ap. l. II. c. 46.

## §. XXVIII.

*Hæresis Arianae Initium.*

**I**n hoc rerum statu Ecclesia majus, quam Sozom. I. c. 15.  
 unquam antehac, ab hoste interno  
 subiit periculum, quod eidem Arii Pres-  
 byteri Alexandrini hæresis creavit. Is  
 ex Libia oriundus, & aliquamdiu schisma  
 Meletii secutus, eo deinde relicto, S. Pe-  
 tro Episcopo Alexandrino reconciliatus  
 est, qui eum ordinavit Diaconum; sed  
 Ecclesia postmodum ejecit, quod se ob  
 excommunicatos Meletii Sectatores re-  
 prehenderet. Cum S. Petrus anno 311. Sup. l. IX. §. 37.  
 ad recipiendum Martyrii præmium avo-  
 lasset ad Cœlos, Sedes Alexandrina uno Eus. VII. hist. c. 32.

*Hist. Eccles. Tom. III.*

G

an-